

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.**

**VD18 11417161**

Illustriss. Et Excellentiss. Iuveni, Iacobo Boncompagno. Epist. I.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

# EPISTOLARUM

PAULI MANUTII

Lib. XI.

ILLUSTRISS. ET EXCELLENTISS.

JUVENI,

JACOBO BONCOMPAGNO,

EPIS T. I.

*Laudat Gregorium XIII. Pontificem creatum, qui, cum propenso semper erga liberales artes animo fuerit, sperat illas, hoc Pontifice, suam dignitatem recuperaturas; atque ideo Boncompagnum Pontificis propinquum rogat, ut ipse quoque literarum patrocinia suscipiat, simulque ipsi, de dignitate per electionem Pontificis antea, gratulatur.*

*Form. Causam scriptio[n]is allegare, Ibi; Scribendum aliquid hoc tempore arbitratus sum. (A)*

**N**ota sententia est, à sapientissimo viro litterarum prodijs monumentis, mutatione temporum, eventu vario, per omnes etates comprobato. *cum Principum moribus, atque insitutis, privatorum hominum sensus, & situdia congruere.* Est enim ita more comparatum, ut in eorum, qui imperant, vitam ii, qui parent, veluti in speculum intuentes, dicta simul & facta diligenter animadvertant. Inde oritur cupiditas

OO

imi-

imitandi: inde fit, ut aut virtutes emanent, aut  
vitia deriventur. Itaque GREGORIO XIII. cui tu  
sanguine conjunctissimus, virtute carissimus es, in  
illa proxima cœlo sede, incredibili Cardinalium o-  
mnium consensu, in quo perspicua divini Numinis  
voluntas apparuit, collocato, speciem quandam, &  
imaginem rerum omnium laudandarum quasi post  
tenebras exorta luce vidimus. Et, cùm ad urbem  
quotidie tot mortales, præsertim qui nobili aliquâ  
arte excellant, suæ quisque spe favens, tam cupi-  
dè confluant, nemo dubitat, quin, cùm ille antea  
semper ita vixerit, ut ingenuarum disciplinarum  
studia rebus omnibus præferret, rectum & hone-  
stum sic amaret, ut nihil ambitioni, nihil gratiæ tri-  
bueret, ad æquitatem & religionem omnia refer-  
ret, eadem ei nunc prima sint, eadem studia colen-  
tes amplectatur, ornet honoribus, opibus augeat,  
maxima potestate cum optima mente conjuncta.  
Ille pacem, & concordiam Christianorum Princi-  
pum tuebitur: ille præclaram in perdendo com-  
muni hoste conspirationem fovebit: illi publica  
salus, Sedis Apostolicæ dignitas, summi DEI glo-  
ria, à qua nunquam oculos deflexit, erit antiquissi-  
ma. In justitia verò, cujus omnes partes novit,  
plerasque cum laude exercebit, prorsus eum nil  
fallet: non ex aliena pendebit opinione: non alieni  
consiliis auferetur: quæ sæpè labes, gravi civi-  
tatum damno, bonos etiam Principes infecit: ipse  
disceptator, & index res publicas & privatas pro sua  
sapientia suoque sensu moderabitur ac reget. Quid  
artes illæ nostræ, quibus ad humanitatem informa-  
mur,

mur, quæ fessos curis animos levant, nec tamen utilitatem à voluptate sejungunt, non ex nunc, ni-  
mium diu cum oblangverint, spe quadam recrea-  
tæ, oculos tollere videntur? Cumqve novo Princi-  
pe, ad liberales omnes artes maximè prœponit, ve-  
lementer latantur, tum verò in te, JACOBE illu-  
strissime, spem suam in primis locatam habent, à te  
opem exspectant, tibi se suamque dignitatem, fa-  
tali quadam temporum calamitate ademptam, sup-  
plices commendant. Non negabis, opinor, bene  
de te merentibus patrocinium tuum, & ad cetera  
quæ in te eluent, ornamenta, cùm ingenii, atqve  
doctrina, tum verò ejus modestia, quæ te tam se-  
cundis rebus admirabilem præbuisti, addes hoc,  
quod nullum illustrius esse potest, ut literarum cau-  
sam suscipias, reliqua tanquam inania contemnas;  
quamqve tibi antea laudem apud multos, versatus  
in celeberrimis Italæ gymnasiis, non obscurâ vo-  
luntatis egregiæ significatione peperisti, ejus au-  
gendæ cùm facultas hoc tempore divinitus tributa  
maxima sit, non committes, ut ipse tibi aliquando,  
& gloriæ tuæ defuisse videaris. Quæ si cogitas,  
summa sapientia est; si perficis summa felicitas.  
Nam ipsum velle quis in laude ponat, nisi quod  
velis, res ipsa declareret? Felicem porro non ego  
quenquam duxerim, qui sibi licere putat, qvicquid  
libet; sed qui, cùm in magna potestate sit, licere  
tamen sibi nihil vult, nisi quod veritas & ratio ipsa  
præscribat. Sensus autem hic multitudinis est, ut  
abundare quam plurimis rebus, optabile inprimis  
existimet. Rectè vero uti, neqve optant multi, &

Oo 2

foli